

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auditor a  
cum fontibus proximo et primo

Tucius auditur ueritas quam predicatur,  
quoniam cum doctrina recipitur,  
humilitas custoditur.  
Cum autem disputatio uel predicatio placet,  
uix est ut disserentem non pulset  
quantalacumque iactancia.

Augustinus de doctrina Christiana et super  
Iohannem omelia LVII.

Tutius enim auditur ueritas quam praedicatur.  
Quoniam, cum doctrina recipitur,  
humilitas custoditur.  
Cum autem disputatio placet,  
uix est ut disserentem non pulset  
quantulacumque iactantia.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*, 359  
(CCSL 68A, M. Gastaldo ed., p.350, ll.2-5).

Tutius enim ueritas auditur quam praedicatur:  
quoniam cum auditur,  
humilitas custoditur;  
cum autem praedicatur,  
uix non subrepat cuius hominum  
quantulacumque iactantia,  
in qua utique inquinantur pedes.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 57.2 (CCSL 36, R. Willems ed., p.470, ll.23-27).